1485. d. 16. Januar. Ex Orig: arch: regni.

Casimirus rex, Dobeslao de Kurozwanki Castellano Syradiensi, in castro et civitate Krzepicensi flor. 1100 Hungar. inscribuntur.

83

Casimirus Dei gratia rex Poloniæ, magnus dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæque dominus et hæres etc. Significamus tenore præsentium, quibus expedit universis. Quomodo dum hactenus cum magnifico Dobeslao de Curozwanky castellano Syradiensi sincere nobis dilecto fecissemus rationem super debitis per nos apud eum successive superiori tempore contractis tametsi rationem ipsam cum eo non terminaverimus, comperimus tamen nos eidem ex ratione cum ipso super debitis ipsis facta in mille et centum florenis Hungaricalibus auri boni et justi ponderis obligatos, de quibus ipsum efficere volentes certiorem sibi eosdem mille et centum florenos hungaricales in et super castro et civitate nostra Krzepyczensi tenutæ suæ nec non oppido Klobuczko omnibusque et singulis villis et pertinentijs ad prædictum Castrum et civitatem Krzepicensem et oppidum Klobuczko ex antiquo spectantem et pertinentem inscripsimus et demonstravimus, inscribimusque et demonstramus tenore præsentium me:

diante

mediante per ipsum Dobeslaum et suc:
cessores suos cum omnibus et singulis
censibus, fructibus, redditibus, et obven:
tionibus universis juxta tenorem et con:
tinentiam primarum literarum nostra:
rum super ipsa bona tenutæ suæ data:
rum et concessarum, tenendum, haben:
dum et possidendum pacificè et quietè
tamdiu quousque prædicti mille et cen:
tum floreni hungaricales præfato Do:
beslao et successoribus suis per nos vel
successores nostros cum alijs summis per
prius super ipsis bonis inscriptis, fue:
rint integraliter persoluti. Quibus so:
lutis bonorum ipsorum possessio ad
nos et successores nostros converti de
bet pleno jure, juribus nostris semper
salvis, Verum quia hanc ipsam ratio:
nem debitorum, propter celerem no:
strum exhinc Lithuaniam versus egres:
sum, præsertim super ædificijs in castro
Krzepicensi destructis non terminavi
mus cum eodem, itaque ex Lythuania
feliciter redeuntes, rationem ipsam cum
eo de debitis nostris prædictis apud eum
contractis, et ædificijs per ipsum constru:
ctis, cum ipso terminare, facere, et
consumare in verbo nostro regio pro:

mittimus

mittimus et pollicemur. Harum quibus sigillum nostrum praesentibus est subappensum testimonio literarum. Datum in conventione Lublinensi feria sexta ante Sancti Petri ad Cathedram. Anno domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto.

Creslaus Cancellarius subscripsit.

Relatio Venerabilis Creslai De Kurozwanky regni Poloniae Cancellarij.

Ta Kopia przepisana z Oryginału pargaminowego annihilowanego, Dnia dwudziestego drugiego miesiąca Lutego Roku Pańskiego 1785. od ktorego pieczęc oderwana.